

X C V.

In disceptationem insuper id etiam venit : Vtrum Felix, qui ἀπλῶς τέλειον καὶ αὐταρκῆς ἀγαθὸν possidet (1. Eth. Nic. c. 7.) amicis indigeat ?

Tertium
ζητήματα.

X C V I.

Vbi affirmantem, his inducti rationibus, cum Aristote tuemur sententiam.

Rationes
duæ, q̄
felix in-
digeat a-
micis.

X C V I I.

1. Cum Felicitate bona complicata sunt plurima æquè ac amplissima. Sed & amici in amplissimorum bonorum sunt censu & numero. Pertinent itaq; & illi ad felicitatem. 9. Eth. Nic. c. 9.

1.

X C V I I I.

Insuper ad Felicitatem semper id spectat quod est honestius. Honestius autem est amicis benefacere, quàm planè alienis. Desiderat itaq; Felicitas amicos quibus benefaciat, ut hoc pacto id consequatur & obtineat quod est honestius. 9. Eth. Nic. c. 9.

2.

X C I X.

Quanquam non tam utiles aut jucundos quàm honestos amicos Felix desideret. 9. Eth. Nic. c. 9.

Quales
amici fe-
lici opus
sint,

C.

Ii namq; soli sunt, quorum virtutum actionibus Felix suaviter afficitur. 9. Eth. Nic. 9.

C I.

Illis etiam præsentibus Felicis actio multo est præclarior & eminentior. 9. Eth. Nic. 9.

C

Deniq;